

2679  
9.  
EXERCITIUM ACADEMICUM,  
IN

LIBERTATEM  
CIVIUM,

QUATENUS

EX RECTA CIVITATIS AD-  
MINISTRATIONE RESULTAT.

QUOD,

BENEDICENTE JEHOVAH!

BY SUFFRAGIO AMPL. FAC. PHIL.

IN REGIA ACADEMIA ABOENSI,  
SUB PRÆSIDIO

VIRI PRÆCLARISSIMI

DN. M. SIMONIS PAULINI,  
ORIENT. ET GRÆC. LINGV. PROF. ORD.  
RECEPTORIS MEI, UT SEMPER FIDE-  
LISSIMI; ITA QUOVIS OFFICII GE-  
NERE MAXIME COLENDI.

PRO HONORIBUS IN PHIL. OBTINENDIS,  
VENTILANDUM SUBMITTET

PETRUS HENR. SCHÆFER,  
ABO A-FENNO.

IN AUDIT. MAX. D. V. JULII, MDCLXXXVIII.

EXC. APUD JOH. L. WALLIUM, A. T.


SACRÆ REGIÆ MAJESTATIS  
SUMMÆ FIDEI VIRO,  
CONSILIARIO,  
CANCELL: CONSILIARIO,  
UT ET  
ACADEMIÆ CAROLINÆ  
CANCELLARIO,  
CELSISSIMO ILLUSTRISSIMO QUÆ  
COMITI AC DOMINO,

DN. ERICO  
Lindstiöld/

COMITI DE Staffund/ LIBERO BA-  
RONI DE Lindewald/ DOMINO IN  
Raggeholm/ Brewsk & Kla-  
keborg.

DOMINO MEO GRATIOSISSIMO.

CELSISSIME COMES,  
DOMINE GRATIOSISSIME.

 Niqviora credo Popu-  
lorum fata vel exco-  
gitari non possunt,  
quam illa; ubi crudeli-  
tas Tyrannorum & proculcatae  
Libertatis oblivio, servitutis vitæq;  
simul & morum barbariem intro-  
dixerint: felicitas rursus illius Gen-  
tis, ad coelum usque extolli mere-  
tur, quæ dulcissimum Libertatis  
nomen, non umbram ejus, sed  
veram speciem exoscularur, co-  
lit, adorat, Scilicet Libertas Civi-  
um æquitare temperata, non po-  
test non viam omni Disciplinæ &  
cul-



culcui aperire, quibus, mortalium  
horrenda feritas in pulchrá homi-  
nis formam efformatur, morositas  
in Civilitatem, stupiditas in indu-  
striam, miseria in splendorem, &  
innopiæ annona in cujusvis co-  
piæ messem mutantur. De ist-  
hac prærogativa, omnes, qui pede  
aut mente Orbem terrarum per-  
agrarunt, Septentrionalibus, præ  
reliqua Mundi plaga, maximè  
gratulantur, quos Libertatis cu-  
pidissimos Imperia sua benè diu-  
que moderari crediderunt, dum  
ea, Imperantium Majestas & Pa-  
rentium Libertas, duplici ve-  
lut muro cingunt. Tali quoque,  
zona, ter coronatum nostrum sub  
polo Imperii corpus, cinctum,  
omnes mecum cordati cum ve-  
neratione agnoscunt; nemo no-  
strum

strum cum sit, cui, sub summo Sce-  
ptri regimine, Libertate decenti  
frui non contigerit, quam, coeli-  
tus nobis datus summus Monar-  
cha tueretur & dirigit: Purpurati ve-  
ro Consilarii & Amici ejus, quibus  
tanquam Planetis, Sol ille stipatus  
est, mire sublevant. In horum  
numero stat Illustrissima Tua Ex-  
cellentia, Senator meritis longè  
maximus: quantum alii Heroici  
manu & gladio, hoc, ore & cala-  
mo, heroica Tua Industriâ & pa-  
ri successu, Libertatem Civium, h.  
e. Salutem publicam, Regnique  
incolumitatem defensum ivisti:  
Cujus rei monumenta clara undi-  
que exstant, quæ de grandibus  
in Rempub. benè meritis abundè  
loquuntur, Illustrissimæque Tuæ  
Excellentiæ longè illustrius No-

men hoc signant caractere: *Alis*  
*inserviendo consumo.* Nec ex animis  
Civiũ deleta existimet Illustrissima  
Tua Excellentia verba illa: quid  
verba dixi? Oracula sane! quæ,  
in Conventu illo Regni maxi-  
mo proximè hinc habito, ex ore  
tanquam cœlo delapsa, in aures  
animosque fluebant Civium: O  
Cœlites! digna, quæ in auro &  
marmore exsculpta, futuris seculis,  
Amorem tantum in Patriam pa-  
triæque Libertatem, æterno en-  
comio deprædicent: quam ju-  
cunda quæso! quam ponderosa!  
pro Libertate communi: Tusende  
af dhe slagne och stingrade/ är intet  
så tåckeligt för Gud/ intet så beröm-  
ligt för Menniskior / som en enda  
Bundersätare frälsad v:ur nödh och  
sara/ för öfverwäld och orätt.  
Quid



Quid hisce, in tam operosa re, dignius a Persona digniori dici unquam potuit? Verborum gravitati, facinora tam publica, quam privata, pondus addiderunt, tam graviter, tamq; clarè; ut nemo Civium vivat, quorum pectora splendidum illud Lindskiöldii Nomen Excelsum non tangit, veneratione non commovet: etiam me eo perpulit; ut rubore seposito, Illustrissimam Tuam Excellentiam, tanquam magnum Libertatis Patriæ Patronum, pro exilis Exercitii hujus Academici, meiq; tutela, humilimè compellere auderem, simulque, ponderosa illa magnificentiæ dona, pro familiæ nostræ conservatione, in meos gratiosissimè cumulata, quæ sanguinis jure ad me quoq; fluxerunt,

hu-

humilima hac memoria, submissè  
venerari, tentarem. Adderet plu-  
ra animus, Tantæ Dignitatis servi-  
tuti totus obstrictissimus, nisi re-  
verentia habita in medio hæreret,  
ignarus, quâ submissa deprecatio-  
ne offensam eminentiam expiabit.  
Sola est Clementia, Heroicorū illa  
germana Virtus, erectū me tenens,  
hac, generosum Illustrissimæ Tuæ  
Excellentiæ pectus, non minus quā  
industria inclarescere, novi: eandē  
quoq; humilimis precibus compre-  
hendo, ut ad stuporē tot facinori-  
bus illustrata, radiū quemdam in  
supplicem explicare incipiat. Quod  
ipsum tunc eveniet: cum Illustris-  
sima Tua Excellentia, gravem  
audaciæ culpam, graviori poena  
dignam condonare dignetur; pa-  
gellas hæc, quæ Illustrissimæ Tuæ  
Ex.



Excellentiæ gratiam ambiunt , se-  
rena fronte aspicere ; Clie-  
ntisq; Libertatem & Salutem sub  
Umbonis suæ forti tutelâ prote-  
ctas habere, Cælestem supplex  
Majestatem, assiduis precibus de-  
fatigare nunquam desinam, di-  
gneretur illâ, Illustrissimam Tuam  
Excellentiam, Salvam benè, diuq;  
Regi , Patriæ, Libertati Commu-  
ni, servare:quo simul, Familix tam  
Illustri, Nominique Illustrissimo,  
prospera , & præmia, gloria &  
memoria, vota & longa merito-  
rum desideria manebunt.

ILLUSTRISSIMÆ TUÆ EXCELLENTIÆ

*devotissimæ*  
PETRUS SCHÆFER

In

*Virum Eruditione & Virtute Pereximium,*

DN. PETRUM SCHÆFERUM,  
Aboënsẽm, Philosophiæ Candidatum  
solertissimum, pro Laureâ Magisterii,  
*de Libertate Civium* acute disputan-  
tem,

*ἰωίγρῆρα.*

Vitæ liberioris omne gentis  
Mortalis cupidum est genus sed usq̃  
Paucis cognita vera lex amœnæ  
Libertatis, & undiquâque rectæ.  
Hanc quidam statuunt licentiosam,  
Dictis pro lubitu suo perulcam,  
Atque ausis tumidam vel indecoris.  
Nonnullis placet, absque lege quavis  
Libertatis originem fuisse,  
Mansuram & sine legibus perennem.  
Tu SCHÆFERE doces, quid illa verè  
Sit, quâque in ratione collocanda,  
Si iusta ipsa erit, & piis probanda. |  
Præbes hinc specimen bonique Civis  
Nam vere vir erit bonusque Civis,  
Libertatis habens reapse curam  
Veræ, quæ genuina norma vitæ.

*Scriptit amicus*

PETRUS LAURBECCHIUS.



## AD LECTOREM.

**M**obilitatem presentis discursus B. L. mecum agnoscas scio, quod ille consummatam eruditionem, ingenium maturum, industriamq; absolutam poscat: quoniam autem in juvenem illa integritas, nisi supra etatem sapit, quod mihi denegatum sincere fateor, cadere nequeat; levi propterea apparatu materiam tam excelsam in lucem prodire vides. Unde ansam habebunt benigna pectora, hoc Academicum Exercitium, benigne excipiendi & interpretandi; reliqui autem abundantem materiam, bilem suam & stomachum, pallorem ac fremitum declarandi: Illi, facile aquiescent spero, videntes Auctori, inter tot spinas occupato, tutissimum fuisse, aliorum ductu uti, aliorumq; verbis potius quam suis, tam arduum cautionisq; plenum argumentum deducere.



Hi vicissim, eo sunt animo, ut preces & excusatio, sinceritas & innocentia, detestandam illorum cavillandi scabiem magis excitesent quam tollant, pruritusque magis inflament quam suffocent. Imo, ea sunt tempora, illi mores: quod Pallas ipse, nec Gorgonio cranio Calumniatores depellere; nec scuto suo Innocentem adversus calumnias defensum ire valeat. Hoc addo. suffecit Scribenti, in hoc exercitationis genere, cum viatore in periculis constituto, tutiorem quam splendidiorum elegisse viam: ne liberiori calamo, gladium collo, quod aliquando evenit, acueret; aut metu intempestivo, indignum Civitatis membrum inter Concives audiret. Bene Vale Candide Lector, & candore tuo nobis adesto!

THEO. L

# THESIS I.

*Preliminaria Methodumque Discursus evolvet.*



Vemadmodum duæ sunt præcipuæ partes Reipubl. Imperantes & Obedientes, seu Magistratus & Subditi; sic duo sunt suprema privilegia, Majestas Imperantium & Libertas Civium: Illius Thronus, quanta unquam sanctitate, veneratione, submissione & obsequio stipatur; hujus etiam nomen, tantam lætitiã, pacem, fortunam & quamvis usuram ubiq; pollicetur. Scilicet Civitas, quæ est securitatis portus, pacis munimentum, societatum copula, vitæ melioris anima, honestatis custos, virtutum nutrix, Vitiorum vindex, literarum Genitrix, artium Magister, quæ est Populi salus, & Mortalium Libertas, hæc inquam Respub. cum Imperium fit in homines judicio & libertate præditos, omnes populi generosiores cultioresque supremæ Majestati ea conditione sese submiserunt, ut de libertate sua naturali, quantum suprema

A

*Lex*

*Lex, Salus Populi* permittit, sponte cōcessa, ea jura privilegiaq; sibi reservarint, quæ necessitatem in usum, metum in securitatem, incommoditatem in cōmoditatem, inopiam in copiã, feritatem in humanitatem, exitium in salutem, & miseriam tãdem in splendorem mutarent, promoverent, confirmarent. Cum igitur Libertas hæc Politica, res tam pretiosas, & quibus nihil homini carius esse potest, complectatur; hinc Libertatis nomen adeo dulce est, ut nec mirum, si populus majori furore nunquam ad arma ruat, quam quoties de libertate ipsius agitur. Quid enim amissa libertate, nisi tristis vitæ servitus. Hinc illæ voces: **Vivere in libertate, vel ante servitatem mori.** Dicente Cl: G. Hornio in *Dissert. super Inst. Polit. Boxbor-nij. l. 1. C. 5.* Igitur animus non sine summa voluptate rapitur ad hujus tam nobilis libertatis considerationem, quicumq; ejus est amans adjungat sese comitem, & observet mecum hanc libertatem



tem clare emergere, si 1. vocum  
 huc spectantium valores. 2, Origo ob-  
 sequii. 3. Libertas naturalis. 4. Partes  
 obsequii. 5. Libertatis politicæ pæro-  
 gativæ, ex tribus fontibus deductæ: 1. ex  
 Formis Rerumpubl. 2. ex affectionibus  
 Summ Imperii. 3. ex modo pervenien-  
 di ad idem, evolvantur. Nunc ordine ad  
 singula.

## THESIS II.

*Loco Etymologiae Inscriptionis verum sensum  
 insinuabit.*

Caput & caudam præsentis facit dis-  
 cursus, ut constet, *Civis* nomine indi-  
 gitari omnes, quibus, post Summum in  
 Civitate Imperium, obsequii gloria re-  
 licta est. *Tacit. 6. An. c. 8.* five sint *Originarii*;  
 five *adventitii*: vel etiam intelligamus  
*subditos ordinarios ex legitimis*: de quibus  
*Nobiliss. Gyllenstålpe* in verè nobili suo  
*opere Polit.* ad Regnum nostrum accom-  
 modato loquitur: qui, *scribens*, aut per  
 justam successionem, aut legitimam  
 populi subjectionem spontaneam obno-  
 xii redduntur: extraordinarios a no-

stro proposito excludimus. *Libertatem* vero, quæ Civibus adscribitur, non intelligimus *naturalem* illam, quæ opponitur *Civili* (quoniam Civem in ore habemus) qua omnibus æquales nullius præterquam Dei imperio subjectos se mortales credunt: nec *Libertatem Civilem* sensu Grotiano, de qua ut & *personali* dicit: sicut ergo libertas personalis dominum excludit, ita Libertas civilis regnum. *J. B. & P. l. 1. C. 3. §. 12.* Nec *Libertatem* in *sensu proprio & strictiori*: quæ concipitur per facultatem intrinsecam agendi aut omittendi, quod quis ipse judicaverit. *Dn. Pufend. de I. N. & G. l. 2. c. 1. §. 2.* Sed in *sensu latiori*, quæ subjectionem quidem voluntatis & virium sub alterius Imperio supremo præsupponit; jus nihilo secius, privilegium & dominium aliquale in actiones, res, vitam & Personam involvit, quibus certo respectu & secundum quid hanc Civitatem aliam antecellere in propatulo est: imo, quæ ipsa, Cives secundum pacta & leges fundamentales jure postu-

postulare a Summa Potestate queunt. Hanc libertatem Clarissimus Hornius nimis rigide prosequitur; politica illa *dicens* propriè est libertas a coactione; quâ populus non, nisi cum suo consensu Imperia Dominantium accipit: Alio titulo, eam quod etiam idem est, libertate obsequii salutatur, quâ populus non nisi salvis prius legibus suis ac juribus obedientiam Magistratui præstare vult. *In Observ. ejus super Inst. Polit. Boxhornii. C. 5. Thes. I.* quæ Libertatis scintillulæ clarissimè elucere *in reâ Civitatis administratione* solent, quum Officia tam Imperantium quam Parentium in illa rite observantur, ipseque Status bene valet: h. e. leges & instituta Civitatis cum ad genium populi aut regionis attemperata sunt. Quo nomine Rempub. talem a Forma Rerumpub. regulari separamus, propter aliquod interveniens discrimen ad nostrum propositum presse non attemperata, opponimusq; directè ei Reipub. quæ propter



vel vitia Civium, vel status, corrupta  
audit. Videfis Dn. Pufend. Off. H. &  
C. L. 2. Cap. 8. §. 5.

### THESIS III.

*Primò, Originem Subjectionis Civium ex pa-  
ctis eruet.*

**P**ede ad rem ipsam promotò, ut or-  
dine ad veram Libertatis Civium  
notitiam pervenias, primùm causam  
inspice, quæ in obsequii obligationem  
a parte Civium influit: seu quod idem  
est, originem Subjectionis Civium in-  
vestiga. Hic doctorum preme hac in  
materia vestigia & tutus progredieris.  
Video non solum, veritati esse consen-  
taneum illud, à Nobilis. Pufend. in In-  
troductione Historiæ in frontispicio §. I.  
exhibitum: *Led kan/ sãhãndes/ hwar  
och en hoos sigh lätteligen sluta/ at ic-  
ke straxt widh Menniskiolõnetz första  
begynnelse och vphof/ sådane Republic-  
qver hafwa varit til/ såsom nu för tij-  
den: Stan at hwar och en Hwofader lef-*  
De vrbt

de vthi the förste werldenes ijder vthi e-  
 gen Frthheet / och war ingens annars  
 Hwsbonda wälde vndergifwen / rege-  
 randes han sin Hustru / Barn / och  
 Hwsfoldt sielf som en högstrådande  
 Sfiwerheet : Verum etiam, quod ex so-  
 cietatibus hominum simplicibus nō sta-  
 tim sequatur; hominis indolem præcisè  
 ad societatem Civilem ferri O. H. & C.  
 L. 2. c. 5. §. 2. Aristotele idem asserente.  
 Nicom. L. 8. c. 14. Homo conjugale magis  
 quam Civile animal est; quanto prior,  
 magisq; necessaria est familia, quam  
 Civitas, & filiorum quoque procreatio  
 animalibus communior. ita ille. Quod  
 ipsum quam maxime patet, si triplices il-  
 læ rationes, a Celeb. Pufend. exhibitæ  
 penitus perspiciantur. *I. Conditiones ho-*  
*minum in Civitate* : Civitatem nempe qui  
 subit, naturalis libertatis jacturam fa-  
 cit, Imperio se subicit, & Dominium si-  
 mul in actiones suas, in vitam, in æquali-  
 tatem existimationis, in bona sua, Sum-  
 mæ Potestati transfert; cum contra, ad-  
 hoc naturaliter homo fertur, ut nemi-

ni subjectus esse, ut omnia suo agere arbitrio, ut proprio commodo velificari velit. 2. *Officia boni Civis*: Inter illa non leve est hoc ipsum, ut animal hoc politicum nihil sibi bonum credat, nisi idem tale quoq; publico fit: ast quam malignè maximæ partis hominum ingenia ad huncce finem sunt attemperata, nemo tam imperitus est, quin intelligat. 3. *Natura hominis*: cum nullum homine animal ferocius, aut indomitum magis fit, bruta cœcis voluptatibus longe excellens, quale naturale civilis vitæ obstaculum *vide in Off. H. & C. L. 2. C. 5. §. 6.* Unde patet, non natura *πρωτης* sed Disciplina eum ad societatem illam aptum fieri: *quod fusè deducitur in J. N. & G. L. 7. C. 1. §.* 4. Quemadmodum jam impulsiva & principalis causa Societatis Civilis est *Securitas*, propter quam homines præsidia sibi contra mala, quæ homini ab homine imminent, circumponunt, perque Potestatem Summam, malitiam hominum coercent, contra quam, neq; Lex naturæ, nec pudor



dor, nec divini metus Numinis, neq̄  
 conscientiaē morsus sat validam habere  
 vim deprehenduntur; ita efficacius  
 robur adversus omnes molestias, ho-  
 minem extra Societatem Civilem  
 constitutum, perpetuo obtundentes, e-  
 isdem suppeditare non possunt, quam  
 ipsi homines, & illi quidem in insigni  
 quadam multitudine, per pactum co-  
 pulati: quam pactorum copulam cau-  
 sam esse proximam obsequii Civium  
 æq̄ ac Summæ Potestatis, ex quibus  
 tanquã partibus integrantibus Respub.  
 constituitur, curiosi rerum investiga-  
 tores asserunt. *Commodè hic Præcel. Pu-  
 fend.* Posita, inquit, in uno submissione,  
 & in altero submissione acceptatione,  
 statim provenit in hoc jus isti quid in-  
 jungendi, seu Imperium: *Ulterius pergit:*  
 uti per pacta jus ad rem nostram; ita  
 & per submissione in jus, circa liberta-  
 tem viresq; nostras disponendi, in alte-  
 rum conferri potest: aliter enim vires  
 suas homines in alterum transferre ne-  
 queunt, quam si totos se spontè sub-

miserint ejus voluntati. *in 7. N. & G. L. 7.*  
 §. I. C. 3. Ita servus, non vi factus, sed mercede conductus, pacto subest Domino suo, ut hic illi conventam mercedem; iste huic vicissim conventam operam debeat. *C. G.*  
*Hornius* rem vocat prodigio similem, quomodo tanta incredibilis hominum multitudo, tanta diversitas inclinationum judiciorumque, tantusque torpor hominibus communiter innatus & aversatio ultro faciendi quod utile est, adeo coagulari possunt, ut in validissimum Reipub. corpus, animentur; ita efformari, ut morosa ac libertatis avidissima pectora, sponte sese Superioris voluntati imperioque submittant. Rationem tamen ipse nexus illius inter Magistratum & Subditos adnectit, eundem, non nisi in mutuo utriusque consensu & spontanea horum subjectione, consistere adserens. Propterea, *inquit pariter*, quamdiu spontaneus ille consensus durat, Respub. est tranquilla; at contra, orto dissensu & obstinatione, vincula Imperii abrumuntur. *In Dissert. ad Instit. Polit., Box-*  
*bor-*

*hornij. C. 3. Thes. 5.* Civitatis fanè per pactum constitutæ, fit aliquis membrum duplici modo, pacto nempe tacito, vel expresso: hoc, primi fundatores Reipub: illo, posteri eorum accedentesq; habitatores, qui a Dn. Pufend. vocantur *primariò Cives*; fœminæ rursus, pueri, & Servi non nisi *secundariò*, in *J.N. & G.L. 7. C. 2. §. 20.* Plura de hac re videantur *ibidem*.

#### THESIS. IV.

*Proximè, Societatem Civilem, collatione ejusdem cum Libertate Nat. Illustrabit.*

Singulæ Obsequii partes, ad quas patetis Cives obligantur, clarius sese animo insinuabunt, si conditionem illam respicias, in qua homines vivebant, anteqvam sese in Civitates securitatis gratia conferrent: in quo naturali statu, hoc a natura habent, quod sui amantissimi sint, studiosissimiq; proprii commodi: ut non incommode hoc genus rationalium animalium *Catellis Ariani Epicteti compares, L. 2. C. 22. dicentis.*

Ca-



118. Catellos non aliquando vidisti ad-  
 blandientes invicem, & inter se collu-  
 dentes, ut dicas; nihil illis esse aman-  
 tius? Sed ut videas quis iste fit amor,  
 carnem illis objicito, & cognosces. Ve-  
 rum est quod *Hobbes C. 1. de Cive.* re-  
 fert: revera, *inquiens*, hominem esse a-  
 nimal, quod seipsum, suamq; utilita-  
 tem quam maximè & *principaliter* amat,  
 societatem autem & alios *secundario* dun-  
 taxat, & quatenus in ipsum aliqua inde  
 voluptas aut utilitas redundare potest.  
 Et quid mirum, si naturalis libertatis  
 præ civili vita magis sit cupidus? non-  
 ne illa arrideat palato præ hac? cum  
 ea dem ipsa, tanto jure circumvallata sit,  
 ut homines nemini præterquam Deo  
 subjecti atq; obnoxii, citra antegres-  
 sum pactum & factum humanum sui  
 juris potestatisq;, nulliusq; hominis im-  
 perio subjecti esse, etiam æquales singu-  
 li cum aliis intelliguntur. Qualis condi-  
 tio in ordine ad alios homines, vel per  
 fictionem repræsentari potest, quomo-  
 do nemo ullo vinculo aliiconjunctus est  
 quam

quã similitudine naturæ; vel considerari, prout revera existit, hodie nempe inter diversas Civitates, & quondam inter patres familias segreges, quæ inter se peculiari societate junguntur, cum reliquis autem omnibus nihil præter speciem humanam obtinent commune. Inter plures statuum Naturalium a Dn. Pufend. exhibitas differentias, in J. N. & G. L. I. C. 1. §. 7. & C. 2. §. 1: observationem meretur, ille unicus, quem admittit Theol. Lips. Valent. Alberti: Solus, *dicens*, hic Status dignus, qui naturalis dicatur; in quo non tantum natura fuit integra; sed & ad eundem corrupta, quantum fieri potest, formari & reformari debet, ductu Juris Nat. quod naturalitèr ex illo naturalissimo statu reliquum in nobis invenimus. *Et paulo post*: Reliqui vero status, qui hic præsupponuntur, hominemq; extra Societatem &c. ponunt, non finguntur tantum, sed & ei, nisi præter & contra naturam, tribui non possunt. & quæ sunt reliqua in Orthodoxo ejus  
com-

compendio J. N. parteque priori. C. 1. §. 31. Hanc pugnam nostram non facimus; sed & has & alias controversias intactas prudentes omittimus, temporis curarumq; angustiis exclusi. Hæc aliaq; penitus scrutari desiderantes, Specimina Controversiarum utriusque aperiant, tam Nob. Secretarii Regii, quam antea nominati Theol. ad satieta-tem ut spero pruritus satisfiet: *illius de statu Hominis naturali Cap. 3. vide.* Revertimur, unde digressi sumus. Hæc, quæ tot laudibus decantatur Lib. Nat. nomine tantum svavis, re autem vera multis scatet incommodis, eadem vide ex Off. H. & C. L. 2. C. 1. §. 9. quæ nec extra Imperium vera esse nequit. *Ita Dn. Bæclerus*: Potestate coercente, *inquit*, singulos se propterea ei subjecisse apparet, ut libertatem illam ferinam (ita naturalem illam societati Civili opponit) tot periculis obnoxiam, cum vera libertate, quæ sine potestate cogente seu imperio esse nequit, commutarent. *in Inst. Polit. L. 1. C. 6. p. 77.*



Rem totam collatione quadam inter Lib. Nat. & Civilem perstringam, potissimum *argutissimis Hobbesij verbis, C. 10. §. 1. de Cive.* In statu naturali, *inquit,* quisq; propriis tantum viribus protegitur; in Civitate omnium: Ibi fructus ab industria sua nemini certus, hic omnibus: Ibi imperium affectuum, bellum, metus, paupertas, tædita, solitudo, barbaries, ignorantia, feritas: hic imperium rationis, pax, securitas, divitiæ, ornatus, Societas, elegantia, scientiæ, benevolentia.

THESIS. V.

*Ulterius, Debita Civium per partes exhibebis.*

**L**ibertate Nat. cognita, facile patet, Quousq; Civilis illa, in actiones, vitam, existimationem & possessiones &c. per Summam Potentiam circumscribatur. Ergo Leges Civiles, quæ decreta Summi Imperantis civilis appellantur, ad decus & tranquillitatem Civitatis, actiones Civium determinant, & ijs tempus, locum, modum & personas

nas aliasq; circumstantias assignât: præ-  
 terea non solû Civibus injungunt, quid  
 in vita civili facere, quidvè omittere de-  
 beant; sed & vim executione pœnæ ex-  
 ercent: quâ destituuntur leges natura-  
 les, inque foro humano impunè vio-  
 lantur, salva tamen vindicta tribunalis  
 divini. Deinde, submissione Cives in  
 Imperatorem jus, quod vocatur vitæ &  
 necis, seu potestatem in vitam & bo-  
 na, mediante pacto transferunt, quam  
 vel *indefinite*, ex occasione belli, ad de-  
 fensionem communitatis, ille obtinet:  
 non obtinet solum, sed cives boni  
 vitam sponte offerunt. Unde illud Sym-  
 bolum Pugnantis pro Patriæ Libertate  
 apud Horatium: *Dulce & Decorum est  
 pro Patria mori*: quod etiam, Ord. E-  
 questris Palatium in nostro Regno  
 condecorat; sed magis adhuc intrepidum  
 pectus ipsorum Heroicorû, qui ab-  
 solutum suum in Patriam patriæq; Li-  
 bertatem amorem invicta fortitudine  
 hæten<sup>9</sup> declararunt. vel *definite*, ex causa  
 delicti: Hanc cum formidine agno-  
 scunt omnes Malefici. Ulro, de existi-  
 ma-

matione hoc monendum : quamquam  
 simplex illa, seu naturalis honestas, ex  
 mereo arbitrio Summorum Imperantiū  
 eripi alicui non possit; gradus tamen di-  
 gnitatis inter Cives designare, summa  
 est potestatis. Tandem, Cives in bona tā  
 privata quam publica non nisi limita-  
 tum & a superioris arbitrio dependens  
 habent dominium. Quia Leges Civiles  
 valent primò, bonis eorum, usum  
 rectum, ad utilitatem communem ad-  
 temperatum, adscribere. Deinde, par-  
 tem bonorū ab Imperatore decerptam,  
 loco tributi & vectigalis, tenentur Ci-  
 ves concedere. Ultimò, bona subditi  
 cujuscunque ad usus publicos, urgen-  
 te Reipub. necessitate, secundum Impe-  
 rantis dominium eminens, arripi appli-  
 cariq; queunt; eis tamen de publico ali-  
 unde vè debet refundi. *Hæc singula accurate  
 pro more suo Nob. Syll: in Pol. sua Diss. 6. & 7 de  
 Subd. vid. Off. H. & C. l. 2. c. 15. §. 4. conf.  
 I. N. & G. l. 7. c. 2. §. 22. Dn. Puf.*

B

Ut



## TH. VI.

*Prærogativam Libertatis Civium ex Formis  
Rerumpub. demonstrabit.*

Ut ut pactum illud, quod primi Civitatum Fundatores, præfenti angustia compulsi, pro sui præsidio securitateq; pepegerunt, durum videatur; intuitu tamen commoditatis inde redundantis, onus eorum sponte susceptum infinita compensatur usura: In hanc nunc quam maximè oculos mentemque intendentes, fructuosum Civium obsequium, seu depositam cum fœnore libertatem naturalem, quousque extolli queat, ex tribus deducamus cellulis: nunc primò, ex Formis Rerump. Hic, præsupponimus fundamenta Libertatis Politicæ esse duo, cæsente Ci: Hornio: unum generale omnibus Populis, *Salus Populi*: alterum speciale, quales sunt leges singularum Rerumpub. Veluti in Imperio Germanico: *Aurea Bulla. in Dissert. super. inst. Polit. Boxhorn. L. 1. cap. 3. Thes. 8.* Hic Scriptores quidem se fatigare solent: quænam forma  
nem;

nempe alteri præferri mereatur? Per quam salus Civitatis expeditius & certius procurari possit? Vel quænam ad abusum minus pateat? hisce tamē ulla declaratione satisfieri nequit. Cum primò, nulla forma Reipubl. ita accuratè potèst legibus adornari, quin per socordiam aut malitiam Imperantium, ex illo ipso regimine, in salutem civium instituto, aliqua incommoda in eandem redundare queant: ea causa maximè, quòd ipsi, qui ad propellenda vitia constituti sunt, ab iisdem immunes non existunt. Ergo plenam perfectionem ubi conditio rerum humanarum non admittit; ita in qua reipub. forma, minimum malorum fit metuendum, Oraculi fermè non ingenii humani est exprimere. Præterea, summo quoniam imperio, omnes formæ, si modo regulares, animentur, nec Democratia, quæ alias status popularis audit, ex defectu summæ potestatis peculiarem licentiam membris suis pollicetur: quanquam Dn. Joh. Frid. Hornius de civit. l. 3. cap. un. conetur De-

moçratiaè regulari etiam, summum de-  
 rogare Imperium, sed frustra. Proin-  
 de pro inqvirenda præcellentia Lib.  
 Civ. ex discrepantia Formarum Rerum  
 publ: puto me, bono ac commodo Civi  
 non magis quam *Marcell. verbis, apud Ta-*  
*citum H. IV. satisfacere posse: se memi-*  
*nisse, perhibentis, temporum, quibus natus*  
*sit, quam civitatis formam patres abique*  
*instituerint; ulteriora mirari, præsentia seqvi:*  
*bonos Imperatores voto, qualescunq; tolerare.*  
 Adhuc addi debet: in quibusdam Ci-  
 vitatibus, Imperium cum primis Re-  
 gium, circa exercendos suos actus es-  
 se liberum, alicubi ad certum agendi  
 modum restrictum: illud absolutum,  
 hoc limitatum audiunt, rationem faci-  
 le est reddere hujus, originemque de-  
 monstrare. Propter imbecillitatem e-  
 nim Judicii Principis futuri ab erroribus,  
 non immunis: & secundo, propter ar-  
 bitrium in prava flexilem, multi ho-  
 mines consultius duxerunt, tantam po-  
 tentiam non ita absolute unius homi-  
 nis judicio committere: cum huc faciat

Hero-



Herodiani, l. i. c. 4. *Difficile est, dicentis, in maxima licentia moderari sibi, quasque freno imponere cupiditatibus; Sed potius ut summa illa potestas, quæ ad salutem publ. ex pacto est introducta, ad illum finem certis legibus attemperetur. Utrumque imperandi modum statuit quoque Dn. G. Hornius. De limitato dicit: Magistratus, legibus, intellige fundam. sunt obnoxii, quales hodie in Europa esse censentur omnes Reges Christiani, solo Duce Moscovia excepto, qui absolute imperat. Sic in tota Asia absolutum Imperium obtinent, nulla habita ratione Legum, veluti apud Turcas, Persas, Indos. Hæc rursus ad institutum ita applicantur: quod in Democratiis non ita manifeste discrimen inter has imperii denominatas affectiones videtur deprehendi, quam in reliquis formis: ratio a Pufendorffio datur: cum enim ex universis civibus constet concilium illud, penes quod est summum Imperium, adeoq. nemini extra idem existis statutis jus sit questum, nihil obstabit, quo minus quolibet tempore, à populo eadem ab-*

rogari aut immutari possint. ex I. N. & G. L. 7. c. 6. §. 8. Unde etiam Libertatis laxiora fiunt fræna, non tamen ad libidinem usq̃. Scriptores autẽ quidam cum ex Libertatis privilegiis, licentiam quamvis faciunt, vocis temperata significatione abusi; Democratiaẽ pariter, non sine summa in summam potestatem injuria, iniqua licentiaẽ jura tribuunt: Ubi nos rursus, cum cordatioribus, & Præc. Pufend. morbum potius ibi, quam rectam formæ ejus administrationem grassari dicimus: concesso hoc Tacito, sano tamen sensu: *Populi Imperium juxta Libertatem est; paucorum dominatio Regia Libidini propior.* 6. An. c. 42. De Monarchia hoc dicendum: quanquam omnibus formis potestas sit summa; insignem tamen illa præ cæteris comoditatem habet: quod Monarcha ubivis temporis & locorum jura Majestatis exercere possit. Aliter Senatus & Populus: qui conventu, certo loco & tempore opus habent. Unde ille citius quam hi, saluti publicæ succurrere potest, non sine Libertatis politica

ticæ, ad usum communem semper accommodatæ, successu optato.

TH. VII.

*Eminentiam Libertatis Civium, in Imperio limitato investigabit.*

Sanctitatem Summi Imperii non minus nos Christiani, quam saniores Gentiliū summa cum reverentia agnoscimus; quamquam in illam Doctorum descendamus sententiam: quod modus administrandi summam potestatem, limitatus, in Civitate receptus, aliquam prærogativam Libertatis, Civibus polliceatur. Absolutum Imperium in sensu proprio, cum non quamvis Imperatoris licentiam, sed præcipuè curâ salutis pub. ex proprio arbitrio, absq; ulla conditione absol. legum, statutorum & præscriptionū, importet: non minori quidem usura Rempub. conservat, quam Limitatum: ibi tn. majori cum periculo mutationis boni Imperatoris in crudelem: ut supra patuit, ubi origo tam absoluti quàm limitati Imperii, investigabatur. Ergo hoc imperiū prævalere illi certum est: cum



cum summus Imperans, pacto & conventionem tali potestatem in Populum spontè suscepit, ut secundum Leges & statuta, eam, in salutem Publicam exercere semper vellet; juramento quoque se obstringens ad sanctè servandum promissum. Libertas autem illa, hinc promanans, consistit maximè in negativis: dicente Cl. G. Hornio. *quia is populo non tam tribuit facultatem aliquid agendi, quam potestatem potius negandi & renuendi quamquam, ulterius pergit, apud quosdam populos libertas illa, penitus quasi abolita sit, & non nisi nomen ac imago restet. Imprimis in regno Gallia, unde Rex Gallia; verba sunt Cl. G. Hornii, vocatur Rex Asinorum: quia Galli quævis onera Rege jubente perferunt. Rex Hispania, Rex hominum: quia Hispani cum ratione reguntur. Rex Anglie, Rex Diabolorum: quia Reges suos pretextu Libertatis perpetuo vexant & plerumque occidunt. in Dissert. super Inst. Polit. Boxb. lib. 1. c. 3 ad Thes. 8. Modos autem omnes, qui Potestatem absolutam in limitatam, vertere solent, per longum est recensere:*

suffi-

sufficiat unus, & potior ille inter plures, ex I.N. & G.Dn.Pufend. excerptus. Verba ejus potius quam mea esse volo, in negotio tam capitali: *Arctius* verò, dicit, *constringitur Regis imperium, si expresse inter Regem & Cives sit conventum in delatione Imperii, ut ad certas leges fundamentales imperium gerat, ac super negotiis, circa quæ absoluta disponendi potestas ipsi non est relicta, ad concilium Populi vel Procerum referat, neq; citra istius consensum quid decernat; secus si factum fuerit, nolle Cives jussis ejus circa talia teneri. L. 7 cap. 6. §. 10. Rursum in §. 12. Inde licet consilium, quod ab ejusmodi Senatu (idem judicandum de conventibus ordinum) Regi datur, per se & vult ex potestate imperandi, quæ in isto habeat, hunc non obliget: occasionem tamen obligationi præbet, quatenus Regi representat, qua ratione officio suo in presenti negotio satisfacere queat. Ulterius ibidem. Neq; indignum judicabit Rex, si quadam ab ipso proposita Ordines non admittant. Nam utiq; promisit, sese ob oculos semper habiturum utilitatem Reipub. de qua, certius præsumuntur judicare plures selecti*

quædam

quam unus. De Comitiorum necessitate perhibet idem, *Et si quando, dicens, negotia summam rerum, spectantia, quæque in antecessum desiniri nequeunt, inciderent, voluerunt, Cives scilicet, ea suscipi non nisi præsciente & consentiente populo, aut ejusdem deputatis in comitia convocatis, ut eo minor occasio Regi præbeatur a salute regni aberrandi. In Of. H. & C. l. 2. c. 9. §. 6. Ut Auctor hæc omnia, quæ magnam admodum Libertatem Civibus concedunt, ad justum temperet modum: dicit, p. nes Regem tamen esse debere, id concilium convocare, & dissolvere, ac negotia expedienda proponere, ne Regi nudam nomen relinquere aut irregularem Rempub. facere velimus I. N. & G. lib. 7. c. 6. §. 12. Item in §. 10. affirmat, Per leges ejuscemodi fundamentales imperium non reddi mancum: nec etiam in tali civitate duas existere voluntates; sed nec Regem ut summum Imperium habeat desinere: aut concilium ipso Rege esse superius: rationes vid. plicet. inter alias cape hanc: summum nempe & absolutum non esse unum & idem: illud enim absentiam superioris aut æqualis in eodem ordine*



ordine notare: hoc autem, facultatem proprio ex iudicio & arbitrio quaecumque, ius exercendi: hoc clarius deducere vult cum afferat in §. 7. in omni Civitate proprie dicta, existere imperium absolutum, saltem habitua-liter, si non semper exercitio. Implicaret enim esse nemini obnoxium, & non habere ius statuendi de rebus suis ex proprio iudicio & arbitrio. acquiescam illis ex §. 10. Et longe diversa, ait, sunt haec: Ego teneor sequi, quod huic placet, quia pacto me ad hoc obligavi: & ego teneor sequi hujus voluntatem, quia pro imperio mihi hoc injungere potest. videsis plura, satis pro Libertate Civium; non tamen, quod sperandum, cum injuria sanctimoniae Majestatis.

### THES. VIII.

*Pluribus Argumentis Limitatum Imperium illustrare perget.*

In tam arduo negotio praeterire nolo hanc ventilatione dignam quaestionem: Num hoc verum sapienterque Quoniam Reges a Deo sunt constituti, igitur potestas eorum a Deo est mensurata, ut nullo mo.

lo modo possit circumscribi, nec populus recte postulare. Resp. Certissimum est Imperium esse a Deo, voluit enim approbavitq; ut Civitates constituerentur, quæ sine summo Imperio intelligi nequeunt. Et quia Deus voluit finem, media etiam præcepisse censetur. Nob. Pufend. in I. N. & G. L. 7. c. 3. §. 2. Verum, quemadmodum secundum Dn. Pufend. tam a Deo quam pactis humanis, summæ potestates ortum trahunt; confer Rom. 13. v. 1. & 1. Pet. 2. v. 13. nihil obstat, quin in arbitrio hominum fuerit relictum, quam Reipub. formam in suum cœtum vellent introducere. Cordate *Philip. Melancht. in Epist. philosoph. moral.* Sciendum est, ait dissimiles esse formas regnorum, & alibi alios esse gradus libertatis. Adprobat a. Deus omnes formas Imperiorum rationi & nature consentaneas. Sicut & Nob. Puf. expresse fatetur: nullibi aliquod præceptum divinum exstare, ut liber populus Regem sibi impositurus non e. g. Ericum sed Johannem eligat; aut certam aliquã formulam divinitus sancitã, sub qua omnibus Regibus imperium sit

*fit deferendum.* Quomodo autem locus  
 iste: 1. Sam. 8. quem sibi Libertatis Civi-  
 um adversarii opitulari credentes, eo-  
 dem, tanquã Herculis clava, repugnant,  
 recte fit accipiendus, magni est mo-  
 menti. Grotium in I. B. & P. l. i. cap. 4 §. 3.  
 mediam incedere viam credit Dn. Ofi-  
 ander in annot. super eodem & obser. 2.  
 eum approbante nec non Nob. Pufend.  
*Tradunt enim designari ibi Regis factum, sed*  
*quod effectum aliquod juris habeat, nempe*  
*non resistendi obligationem: Seu, ut Rex quan-*  
*do talia patrat, contra officium suum faciat,*  
*non magis tamen subditos ipsi posse resistere,*  
*quam si optimo jure talia ageret.* Calculus.  
 Dn. Pufend. in I. N. & G. lib. 7. cap. 6. §. 9.  
*est: quod locus iste pravis Principibus non pa-*  
*trocinetur: sed nec ibidem dicit ultro, a Deo*  
*per modum Legis certam velut mensuram re-*  
*gii imperii dictari, cui per humanas conven-*  
*tiones nihil possit addi, demive; sed simplici-*  
*ter onera & impensas status regii, tam ab-*  
*soluti quam limitati delineari.* Claudamus  
 cum eodem: *Igitur omnino est in arbitrio*  
 Libero-



*Liberorum Populorum, absolutum Regi imperium, an certis sub legibus velint tradere, modo Leges istæ in se nihil contineant impium, aut ipsum imperii finem non evertant. Toti discursui de limitato imperio facile assentias, modo distinctionem observes: inter Civitatem instituendam & institutam; inter Regem creandum & creatum: ibi locum habent ea, quæ pro libertate Civium ex potestate limitata faciunt. hic minimè, & non sine offensione sanctitatis summi Numinis; ac violatione sanctimonix Majestatis Civilis. Hic etiam Regi, ex pacto subditos suos in Libertate illa tueri, adeo incumbit, ut fidei religio, quæ in susceptione ejusmodi imperii adstringitur, non admittat, ut postea clandestinis machinationibus absolutum sese Imperatorem reddet; aut per vim leges regni subvertet: non inquam licebit. poterit nihilominus & valebit valida sua potestate, non licita. Et ut Dn. Val. Alb. non licite, etsi validè, ob superioritatem Majestatis, in Comp. I. N. C. 14.*

§. 8. Quæ etiam summi illius imperii  
 sanctimonia tanta est, ut asperitas Impe-  
 rantis a Civibus patienter ferenda sit. Quin  
 & ubi atrocissimas injurias intentaverit, sin-  
 guli potius fuga sibi consulent, aut quantam-  
 cunq; calamitatem sustinebunt, quam ferrum  
 in durum quidem, sed tamen Parentem patriæ  
 stringent. Off. H. & C. L. 2. c. 9. §. 4.

### THESIS IX.

*Præcellentiam Libertatis Civium, ex modo ac-  
 quirendi Imperium diverso, declarabit.*

**A**dhuc scintilla Libertatis Civium non  
 obscura, ejusque discrepantia, gliscit  
 ex modo habendi summum Imperium  
 diverso, quatenus scilicet is est vel ple-  
 nus; vel magis minusque deminutus.  
 Imperium autem acquiritur præcipue,  
 vel occupatione; vel electione, vel hæ-  
 reditate. Sic qui justam contra se bellandæ  
 causam præbuerunt, ubi victi sunt, jure belli,  
 vitam, libertatem personalem, & omnia bona  
 potuerunt amittere. Hisce sane quacunq;  
 conditio relinquatur, pro beneficio Victoris  
 habenda est. qui licet victis Libertatem per-  
 sona-

sonalem & dominium privatum relinquat; saltem tamen imperium in ipsos pleno & irrevocabili modo sibi suisq; vindicare intelligitur. Quid autem sentiendum de reliquis modis acquirendæ potestatis summæ: præ metu & reverentia Majestatis, sensum suspendere, mihi tutissimum: pro me loquatur. Dn. Pufend. ut cæpit, satis acutissimus *Ubi Rex, ait, ultro a populo adsciscitur, singuli de suis juribus omnia sibi reseruisse præsumuntur, quæ quidem cum natura Civitatis consistere possunt. Adeoq; qua conditione in hisce regnis cives vivant non tam a Regis, quam ipsorum Civium arbitrio pendet: qui tamen utiq; de naturali sua libertate tantum sibi detrabere necessum habuerunt quantum forma Reipub. quam introducturi sunt, postulat. in I. N. & G. L. 7. c. 6. §. 16. §. 17. alias eveniret, ut egregie ibidem. c. 2. §. 22. si enim, inquit, corpus limitationi summi Imperii Civilis non esset obnoxium, daretur Civitas in Civitate: quæ alio nomine exprimitur, status in statu. Hoc idem Argumentum tanquam herculeum, in nostra aliquando incedisse tem-*



tempora, pro defensione Majestatis bene sum memor, & ab hinc annos non bene multos. Præsentem materiam ultro exemplis illustrare mihi quidem animus fuit; etiam ostendere: quomodo cavendum vel maximè Subditis & Imperantibus, ne umbra Libertatis fallentur: quod fit, si in utrorumq; postulatis & actis ad id unum attendatur semper: nimirum, *quantum quis e Repb. petat aut agat.* Sed in materia tam gravi versanti commode obvenit, Majestatis Potentiam a Prudenti quodam, assimilatam flammis, quæ propius accedentem urunt; longius vero abeunti nullum communicant calorem. Præter hoc quoque, ut pedem referam, receptuiq; canam temporis curarumq; angustia vehementer monent. Bene ergo Vale B. L. boni consule, inque meliorem partem pro humanitate, quam præter alia, certissime mecum communem habes, ea interpretare, quæ in rerum articulo minus placido, rudi-

ter confarcinata, curiosis tuis oculis  
 conspicienda se præbent. Sed, paulu-  
 lum te morabor: exhibens, quod non le-  
 ve pondus toti discursui dabit, de origi-  
 ne Majestatis & Libertate Civium: ore  
 alieno, utinam cum venia! verba pro-  
 feram, leges sanè: en Superi! quam ar-  
 gutas! quam splendidas! non ita pri-  
 dem in Comitibus Holæmensibus effusas:  
 quæ, sicut Regias Regnique Ordinum  
 aures summa dulcedine permulcerunt,  
 ita & oculos jam animosq; eædem, vo-  
 luptate absoluta ad satietatem pascent:  
 en advertite: lingua Patriæ pernobi-  
 li prolata: *Såsom Huswudet intet  
 fan skilias ifrån Kroppen / eller Krop-  
 pen ifrån Huswudet / utan bägges för-  
 derff; så kunna icke heller Undersåtarne  
 tråda ifrån Sfiwerheten / eller Sfiwerhe-  
 ten ifrån Bndersåtarne / vthan begges  
 deras undergång. Så snart något af-  
 går för den ena / så mister den andra;  
 och alt hwad som seelar hoos Bnderså-  
 tarne / det salnas straxt hos Sfiwerheten.*

Så

Så snart uti den naturliga Kroppen  
 något ondt träffar Lemmarna / så styn-  
 dar det sig straxt til Hufwudet / som  
 är den förnembsta / och gifwer de an-  
 dre både rörelse och känsl; Alltså och  
 uti Regimentz Kroppen / det onda som  
 wedersars Undersätarne / det stiger  
 straxt vp til Konungen / som är alles  
 deras Hufwud och Förswar: Deras lif-  
 dande hans Dignitet / deras ofärd hans  
 Blågenheet / deras skada hans Sweda /  
 deras förtruel hans förderff / deras å-  
 lende hans ängslan; Men åter twert  
 om: deras förkofring är hans tillwärt /  
 deras Kraft är hans Styrckia / deras  
 Förmåga hans Förråd / deras walgång  
 är hans säkra Winnig: så hårt äro dhe  
 med hwar annan förknippade / så när  
 äro de medh hwar annan förbund-  
 ne; så at alt ledt och alt liufft / alt ondt  
 och alt Godt blifwer dem bägge til  
 dels / dem begge til Sorg eller Glädie.  
 Concludo votis, in eodem Conventu  
 magno pro patria nostra effusis. Sum-



mus Orbis Monarcha, Regis & Subditorum animos vinculo constring. concordiaë; ut pectus Regium inexhaustum maneat, Clementia, & Benignitate; quemadmodum etiam civium, promptitudine, fidelitate, Observantia Amore & Reverentia!

